



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 112. Pontificis moderatio ad hujus supplicii immanitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. Scotiæ Regem literis crudelem Mariæ  
A.C. 87. Matris ejus necem vindicare non eru-  
 bescebat: attamen hic Princeps primo  
 tam indignam mortem ulcisci paratus  
 jamjam in eo erat, ut Elisabethæ Ora-  
 torem Regno excedere juberet: verum  
 cum Regni sui Proceres, qui ferme om-  
 nes Elisabethæ factioni addicti erant,  
 id dissuaderent, simulque profiterentur,  
 quod mortis sententia in ejus Matrem  
 Reginam pronuntiata nullatenus illius  
 juri in Angliæ Regnum præjudicium  
 ferret, tandem idem confictas Elisa-  
 bethæ excusationes acceptabat, suoque  
 dolori imperans nullum justæ indigna-  
 tionis suæ signum prodebat.

## §. CXII.

*Pontificis moderatio ad hujus suppli-  
 cii immanitatem.*

*Leti Vir de  
 Sixt. V.  
 t. 2. l. 8.  
 p. 141.*

**D**um hujus supplicii, quo Scotiæ  
 Regina affecta est, fama per univer-  
 sam Europam brevi divulgabatur, Nun-  
 tius quoque Apostolicus, qui in Galliis  
 agebat, misso nuntio de hujus facino-  
 ris indignitate Sixtum V. summum Pon-  
 tificem certiozem reddebat. Hic sum-  
 pta cœna cuidam fenestræ innitebatur,  
 cum Montaltus Cardinalis ejusdem Ne-  
 pos Nuntii Pontificii literas deferebat,  
 quem Pontifex, cum is historiam ad-  
 eo tragicam referret, fixis oculis in-  
 tuens,

tuens, ac derepente manum ad fenestram  
 oram demittens non sine alto suspirio se  
 ad Anglici Regni regionem convertit:  
 cum vero de inhumana Elisabethæ sæ-  
 vitia in Romana urbe publicæ audirentur  
 indignationes, & querelæ, hinc  
 singulis vere diebus scripta, & libelli  
 divulgabantur, in quibus illa tanquam  
 barbara, crudelis, & sacrilega depin-  
 gebatur, ubi horum scriptorum Aucto-  
 res præcipue detestabantur simula-  
 tum illius mœrorem, ac hypocrisin,  
 quam eadem regina præferebat propter  
 immane illud scelus, cujus tamen ipsa  
 Auctrix erat: nihilominus summus  
 Pontifex constituta etiam tiremium  
 pœna inhibuit, ne deinceps hæc regina  
 ejusmodi infamibus libellis proscinde-  
 retur: inquiebat enim Pontifex: „quam-  
 „vis illa sit hæretica, ejus tamen digni-  
 „tatis, ac meriti habenda est ratio, &  
 „reverentia:„ nec hoc Papæ judicium  
 veritati dissonum erat. (\*)

## §. CXIII.

(\*) Mansuetus hic Pontifex illius etiam  
 Reginæ, quæ paræ dignitatis Reginam inno-  
 xiam insuperhabito regio ejus splendore pu-  
 blico supplicio affici curabat, dignitatem re-  
 giam, palam verbis proscindi non patiebatur:  
 de cetero ad tantæ immanitatis memoriam  
 ipsimet Angli sæpius hæc Statii Papinii ver-  
 sus

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1587.